UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Mauritii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe Condita Ad Reductam

Gudenus, Johann Moritz von

Erfurti, 1675

Illustrissimo Generosissimo Baroni Domino D. I. Henrico Danieli ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-11903

Visual Library

ILLUSTRISSIMO. GENEROSISSIMO
BARONI. DOMINO

D. I. HENRICO DANIELI

A. RIDDER. IN. GROENSTEIN
ELECTORALI. MOGUNTINO
CONSILIARIO. INTIMO
JUDICII. AULICI
PRÆSIDI
URBIS. ET. TERRITORII. ERFURTENSIS
VICEDOMINO

JOANNES. MAURITIUS. GUDENUS. S. D.

Quartus hic Annalium Erfurtenſium liber eſt, à rebus geſtis, ſtudiis partium, & artibus, à mutationibus præcipuus: huic, ILLUSTRISSIME VICEDOMINE, *felicem imponis Coronidem, dum in gubernationis* Tuæ *primordiis deſinit, hoc uno infe-*

lix quod attingat tantum, neq; TUORUM *exoptatiſſimos conſiliorum eventus, & temporum quibus prudenti diſpenſatione Remp. ordinas, fauſtiſſimos decurſus recenſere valeat: difficile non fuiſſet eos, licet futuros narrare, ſi, quàm ſcribere geſtarum rerum Hiſtoriam, tam ex præſentibus prædicere futura, nec non imitari politicum inſtituiſſem, qui dum Heroicas virtutes* TUAS *examinat, quomodo ſubditos humanitate flectas, gravitate auctoritatem firmes, perſpicacitate omnia penetres, quomodo clementiâ reducas malos, benevolentiâ bonos teneas, cunctos juſtitiâ regas & indefeſſâ conſerves induſtriâ, facilè profectò paratos ad nutum ſubditos, ſtabile Imperium, proſperos ſucceſſus, bonos cives atq; fortunatiſſimam ad honorem Electoratûs Remp. prædicet. Aſt præripere nolui devotiſſimo ſtylo felicitatem hanc, qui virtutes* TUAS, *& res ad* SERENISSIMI DOMINI ELECTORIS, *ad* EMINENTISSIMI ARCHIEPISCOPATUS *cōmoda à* TE *gerendas olim poſteritati tranſcribet. Magna res eſt, & Herculeus labor Erfordiam regere, utili, genio, ritu in ſe diſſidentem! hanc applaudentibus bonis* TUÆ *prudentiæ credidit* ELECTOR. *Certè ego felicem me reputo, quod dum in* CELSISSIMI ELECTORIS *noſtri ſervitiis hîc vivo,* TIBI *ejuſdem locum tenenti ſubjectiſſima poſſim obſequia præſtare. Quod reliquum eſt, vota mea civium deſideriis, & ſalvam Remp. optantium ſtudiis adjungo,*

jungo,

jungo, proq́; incolumitate TUA ; *pro diuturna gubernatione Deum Opt. Max. adoro, faxit ille, ut* SERENISSIMUS ELECTOR, *ut* REVERENDISSIMUM EMINENTISSIMÆ METROPOLITANÆ CAPITULUM , *ut* TU ILLUSTRISSIME BARO *ad noſtra felicitatem Erfordiæ, diu, pacificè, feliciter, vivatis, regatis, floreatis.*